

Beati Gregorij pape

m **I**rares et quauis hanc ab alijs et ipse cognouerim: vere tamen factoz: quia mihi quoties narratur innouatur.

Gregorius:

n **I**n hac re in Sanctulo mireris Sed pensa si potes: quis ille spiritus fuerit qui eius tam simplicem mentem tenuit: atque in tanto virtutis culmine erexit. Ubi enim eius animus fuit quando mori pro proximo tam constantem decreuit: et pro temporali vita fratris unius suam desperit: atque sub gladio cervicem tetedit. Que ergo vis amoris illud cor tenuit quod mortem suam pro unius salute proximi non expauit. Scimus certe: quia idem venerabilis vir Sanctulus ipsa quoque elementa litterarum bene non nouerat legis precepta nesciebat. Sed quia plenitudo legis est charitas: legem totam in dei ac proximi dilectione seruauit: et quod foris in cognitione non nouerat: ei intus inuabat in amore. Et qui nunquam fortasse legerat: quod de redemptore nostro Iohannes apostolus dixit: Quoniam sicut ille pro nobis animam suam posuit: sic et nos debemus pro fratribus animas ponere: tam sublimem apostolicum preceptum faciendo magis quam sciendo nouerat. Comparem si placet cum hac nostra indocta scientia illius doctam ignorantiam. Ubi hec nostra tacet: ibi illius disciplina eminet. Nos de virtutibus vacui loquimur: et quasi iter fructifera arbuta positi adoramus poma: nec manducamus. Ille virtutum fructus carpere nouerat: quamuis hos in verbis adorare nesciebat.

Petrus.

q **I**d nam queso te: esse existimas quod boni quique subtrahunt: et qui viuere ad edificationem multorum poterant: aut penitus inueniri nequeunt: aut certe iam omnimodo rarefuit.

Gregorius.

m **A**licia remanentium meretur ut hi qui prodesse poterant festine subtrahant: et cum mundi finis appro-

pinquat: electi tollunt: ne deteriora videant. Nunc etenim propheta ait: Iustus perit: et nemo est qui recogitet in corde suo: et viri misericordie colligent: quia non est qui intelligat. Nunc rursus scriptum est. Aperite ut exeat qui conculecet eam: tollite de via lapides. Nunc Salomon ait: Tempus mittendi lapides: et tempus colligendi. Quo igitur finis mundi urget: eo necesse est ut uiui lapides ad edificandam celestem colligantur: quatenus Hierusalem nostra immensuram sue constructionis excreseat. Nec tamen ita omnes electos subtrahi credimus: ut soli in mundo peruersi remaneant: quia nunquam peccatores ad laementum penitentie redirent: si nulla essent bonorum exempla: que eorum mentem traherent.

De visione Redempti: Ferentine urbis Episcopi:

Cap. XXXVIII.

Petrus.

i **R**ecassum subtrahi bonos queris: quia perire cateruatum: et malos video.

Gregorius.

b **A**c de re nihil Petre mireris. Nam Redemptum Ferentine episcopum: vite venerabilis virum: qui ante hos ferre ante nos septem: ex hoc mundo migravit: tua dilectio cognitum habuit. Die sicut mihi adhuc in monasterio prope posito valde familiariter iungebatur: hoc quod Iohannis iunioris predecessoris mei tempore de mundi fine cognouerat: sicut longe lateque claruerat a me requisitus: ipse mihi narrabat. Dicebat namque: quia quadam die dum parrochias suas ex more circuiturus peruenit ad ecclesiam Eutychij martyris: Advesperascere autem die: stratam sibi fieri iuxta sepulchrum martyris voluit: atque ibi prolabare queuit: et nocte media ut assererebat nec perfecte vigilare poterat: nec dormire: sed depressus ut solet grauabat quodam pondere vigilans animus: atque ante